

In successione ascendentium semper subintelligenda est limitatio, quā parentum ad secundas nuptias transuentum successio in bonis provenientibus ex priore Matrimonio restringitur. f. 486. n. 484. Vide, *Nuptie secunda*.

Successio Transversalium.

Primo loco succedunt fratres & sorores ex eodem patre & matre conjuncti, h. e. Germani & Germanæ, una cum ascendentibus, excluduntque fratres & sorores ex uno tantum latere junctos. f. 487. n. 487. Et ita esset accipendum Statutum, quo masculi feminas excluderent, ut consanguineus aut uterinus non excluderet sororem germanam, sed filius frater germanus. n. 488. Procedit Regula etiam de fratribus naturalibus, qui excluderent fratrem consanguineum. 489.

Cum fratribus Germanis concurrent filii alii-
jus Germani defuncti Jure representationis, fol.
cod. n. 491. Hi excludunt agnatos & cognatos in
eodem liceo gradu existentes, v. g. patrum, avunc-
ulum &c. f. cod. n. 492.

Nullis Thios seu Theios (hoc est patruel
avunculo, materteria aut amita defuncti) aut fratribus
existentibus, filii fratrum defunctorum suc-
cedent in capita. f. 488. n. 495. quod etiam pro-
babilitate dicendum, quando excludunt Thios
existentes, nullis existentibus fratribus. f. 490. n.
510.

Nullis Germanis existentibus, succedunt fratres
& sorores ex uno tantum parente conjuncti, &
ceteris (etiam patruis) defuncti conjuncti pre-
feruntur. f. cod. n. 511.

Frates Naturales ex parte tantum conjuncti,
non succedunt invicem ab intestato. f. 490. num.
513.

Frates adoptivi ab extraneo, non succedunt
adoptant filii naturalibus. eod.

Quando ex uno tantum latere conjuncti, nempe
consanguinei & uterini, succedunt fratri, non est
facienda bonorum à patre & matre prosectorum
diviso, quod quidem Jure Bavario certum, Jure
communi probabilius. f. 491. n. 514. & seqq.

Deficientibus fratribus, fratrūque liberis, vo-
cantur promiscuū ceteri collaterales agnati &
cognati, observata gradus prærogativā: suc-
ceduntque in capita, sublato Jure representationis,
differentiāque superiorum vel inferiorum collate-
ralium. f. 492. n. 520.

Duplex vinculum in his non operatur, ut ran-
quam duplex persona succedit in duas partes, sed
in unam. fol. 493. n. 521. ubi casus.

Probabilius est, hanc successione extendi sine
termino, sicut successio descendentiū. fol. cod.
n. 523. & seq.

Successio Conjugum.

Deficientibus lateralibus, succedunt invicē con-
juges in solidum de Jure communi, nisi pactis do-
talibus aliud conventum sit. fol. 493. n. 525.

Si mulier nullam aut exiguum dote attulit,
nec mortuo viro, haberet unde aletetur, admittitur
ad successionem cum liberis hac ratione, ut
succedat in quartam, si liberi non sint plures quam
tres, si plures, inviabilem portionem, utramen iisdem
liberis proprietatem servet: legata imputantur in
hanc portionem. fol. 494. n. 526.

Successio Filiī.

Nemine Jus succedendi prætentente, fit Procla-
matio, & clauso termino praefixo sunt bona va-
cantia, caue fisco cedunt, non nomine seu titulo
hereditario, sed Jure Superioritatis, una cum
oneribus. fol. 495. n. 520.

Indignorum etiam portio Fisco cedit. Qui
autem sint de Jure indigni, vide, *Indigni*.

Suitas.

Tomo 2.
Suitas est Hæredum qualitas, qui primum in
potestate patria locum tenent, continuationem
domini, necessitatēque successionis ipso Jure
inducens. f. 85. n. 379.

Suitas etiam Posthumis convenient, fingente
Jure, quod fuerint in patria potestate. f. cod. n.
380.

Eadem fictione Juris retinet filius Suitatem fa-
etus Episcopus aut Religiosus. n. 381.

Suitas probabiliter convenient Nepoti posthumo
concepto vivo avo, & post mortem patris nato.
cod.

Suitas Jus quoque convenient emancipatis,
vide, *Emancipatus*.

Surdus.

Tomo 2.
Surdus & Mutus à natura, neque Testamentum
facere, nec Codicilos, nec fideicommitere, nec
mortis causa donare potest, nec manumittere. Si
per accidentem talis factus est, & litteratus est, po-
test Testamentum & cetera scribendo perficere.
Si solidus est surdus, potest articulatè loquendo
testari &c. Si solidus mutus etiam à natura, modò
scribere sciat, eadem potest. f. 54. n. 244.

Suspicio.

Tomo 5.
De Suspicionis causa, ob quam Judgeus delegatus
reculatur, judicare debent non recusat, habentes
Jus procedendi sine recusat, alioquin ad arbitrios
recurrendum est. Si recusat Delegatus Episcopi,
ad Episcopum spectat judicare. f. 30. n. 132.

Susurratio.

Tomo 1.
Susurratio fit, quando quis laedit famam apud
tales personas, apud quas per consequentiam
laedit pax, concordia, charitas. Teneatque
Susurratio ad restitutionem non solidum famæ, sed
etiam pacis, concordia &c. Et est peccatum specie
distinctum à simplici detractione seu diffamatione.
f. 170. n. 525.

Syndicus.

S.

Syndicus. Syndicatus.

Tomo 4.

Est ille, qui ab aliqua Communitate, aut Colle-
gio, Republica aut Civitate mandatum accipit.
fol. 10. n. 655. & 10. 5. fol. 167. num. 419. ubi ejus
differentiae ab alijs Ministris.

Tomo 5.

Syndicus eligitur ab ipso Corpore, saltem ma-
jore ejus parte, ex duabus tertij, computatis etiam
absentibus) contentiente. f. 167. n. 462.

Potest in Syndicū eligi aliquis ex eligentibus,
& ipso superior. f. 168. n. 464. Potest ad acceptan-
dum per se loquendo cogi. n. 465. Possumus etiam
plures simul constitui. n. 466. Potest dari ad cau-
tas criminales. n. 467.

Ad Syndicū etiam illæ causa pertinent, qua
inter Communitatem & Superiorē intercedunt.
num. 468.

Syndicus habet eandem potestatem, quam Pro-
curator cum libera, nisi aliud exprimatur. fol. 168.
num. 470.

Totam Communitatem & illius bona, non po-
test obligare nisi Syndicus Civitatum habentium
Jura Principium, ut Imperiales. n. 471.

A condemnatione Officialis in Syndicatu, non
potest appellare is, cuius est Officialis. fol. 566.
num. 405.

Syndicatus remedium contra Judicem male ju-
dicantem, convenient lepto, etiam appellari re-
mitti avertit, vel fatalia lapla fint. f. 58. n. 129. &
seqq. ubi referuntur pena male judicantium.

Syngrapha.

Tomo 5.

Est schedula scripta vel subscripta propriā ma-
nu contrahentium in conventionis fidem. fol. 57.
num. 512.

Vide, *Chirographum*.

T.

Tacitum & Expressum.

Tomo 2.

Taciti & Expressi tunc solidū eadem vis est,
quando Expressum non requiritur à lege expre-
sō. f. 125. n. 522. & f. 180. n. 95.

Vixiato Expresso, tunc solidū vitatur Tacitum,
quando Tacitum innititur Expresso tanquam ma-
gis principali, non item quando est æquè principa-
le, ut in substitutione vulgari & pupillari. f. 182.
num. 103.

Testamentum.

Tomo 2.

Testamentum à plerisque, sed minus accurate,

T.

definiri solet: Voluntatis nostra justa Sententia,
de eo quod quis post mortem suam fieri velit. f. 2.
n. 1. cùm si portius definitio ultime Voluntatis in
genera. Quæ tamen melius definitur: Gratuita
Dispositio de Bonis, in tempus mortis seu post
mortem disponentis. n. 5.

In Testamento possent Solennitates non esse
substantiales, lege sic disponentes, quidquid sic de
facto. n. 2.

Differit Testamentum ab alijs ultimis Voluntati-
bus per directam heredis institutionem. n. 3.

Testamentum melius definitur: Justa & ulti-
ma, ac fundamentalis voluntatis nostra sententia,
qua absque speciali privilegio directè Juriū no-
strorum universalem successorem instituimus. n. 4.
& seqq.

Testamentum potest largo modo dici: Contra-
etus, & in favoribus hoc nomine veniet. n. 9.

Testamenti factio permittenda erat non solidū
ad cavandas vite inuidias a successoris ab intestato,
sed etiam tangunt incitamenta vivendi frugali-
& congregandi divitias in bonum Republica,
& ut quis potest consulere anima sua. fol. 3. n. 11.
& seqq. Et ex his rationibus colligitur esse Juri
Naturalis, quia nature humana contentaneum,
posse facere Testamentum. n. 14.

Nisi lex approbat Testamenta, ex natura rei
Bona defunctorum essent vacanta, & fierent pri-
mo occupantis, & hoc sensu testamenti factio est
Juri Civilis. cod. Item est Juri publici, quia hu-
mus beneficio concessa. f. 4. n. 16.

Dividitur in Testamentum ad pias causas, &
profanas, inter liberos & extaneos, in Pagani
& Militare, in Testamentum Ruffici. Cxci. Suf-
fi. Muti. f. 4. n. 17. Scriptum & Nuncupatum,
qua est principalis divisio. n. 18.

Testamenti Scripti Requisita.

Ad Testamentum scriptum requisitū. i. Ut no-
mē Heredis Testator vel per se, vel per aliū scribat.
Si per se scripsit, hoc ipsum in scriptura dicendum.
Item per Conf. Imper. & Jure Bavaro tequiti-
tut, ut propriā manu subscibatur, vel Octavum Te-
stem adhibetur. Si per alium scripsit Testamentum,
etiam Jure communi deberet vel ipse subscri-
bere, vel octavum testem eo nomine adhibere,
qui in praesencia ceterorum subscibat. f. 4. n. 19.
& fol. 18. n. 79.

Requiruntur. 2. Septem Testes idonei, (per se
loquendo) masculi, puberes, liberi, rogarī, prae-
sentes, qui Testatorem audiant & videant, suum
nomē subscrivant, signent. Si sigillo alieno: hoc
exprimant de Jure Bavario, quo etiam requiritur,
ut major pars proprio sigillo utatur. Imperiti per
alium subscrivant, & hoc exprimant. Vocari non
est necesse, satis est, placentes rogari. fol. 4. n. 20.

Domestici

Domestici (hoc est, quorum alter in alterius potestate, vel ambo in patria potestate tertii sunt) Testator aut heredis instituendi, Testes esse non possunt, sicut nec ipse heres. f. 5. n. 21.

Filius emancipatus heredis aut Testatoris potest esse testis, (non item pater in Testamento filijam de bonis Castrenibus) sicut & Legatarij & Fideicommissarij particulares. cod.

Testes subscibant singuli suum & Testatoris nomem. Jure Bavario faltem duo nomen testatoris scribunt, modo cetera illos se referant, & sufficiat, si major pars testium sua manu subscripterit, ceterorum loco qui scribere nesciunt, alius testis, & hujus subscriptionis mentio fiat. fol. 5. num. 22. & f. 5. fol. 26. n. 117. & seqq. Jure Bavario sigillam præter insignia in clypeo, debet contineare. Codicil. fol. cod. n. 122. Et hac omnia sunt uno contextu sine mortali interruptione per actus ad hunc actum non spectantes. f. 5. num. 23. & f. 25. n. 113. Expressio temporis non est de substantia Testamenti. f. 6. n. 16. Plura de Solemnitatibus in seqq.

Testamentum Nuncupativum.

Ad istud non est opus subscriptione aut sigillo, aut illa scripturā. De ejus essentia est Nuncupatio heredis, quā indubitanter innotescat testibus: sufficerat tamen si testibus præsentibus nomen scriberet, aut scriptum legendum exhiberet. fol. 6. n. 24. & fol. 15. n. 57. Plura de Solemnitatibus in seqq.

Testamentorum Solemnitates.

Testamentorum Solemnitates suppleruntur, declarando siam Voluntatem apud Acta, vel precibus Principi oblatis. f. 6. n. 25.

Testamentum Solemnitatibus att certum suppletione carens, nec privilegatum, etiam pro foro Conscientiae est Nullum. f. 7. n. 30. & seqq.

Ad Testamentum Nuncupativum requiritur subtilitatem, ut heres coram testibus diserte & clarè exprimatur, nec sufficeret confusa relatio ad aliquam schedam, qua vg. existat apud Confessarium. f. 11. n. 46. Probabilitas tamen sufficeret pronomen demonstrativum *Hic*. accidente maius demonstratione. f. 12. n. 52.

Incertum valde est, an in Testamento scripto officiarum relatio ad Codicillum, inspecto Jure novo Codicis. f. cod. n. 53.

In Testamento Nuncupativo non debet posse facta Nuncupationem esse incognitus testibus heres, sed independenter ab inspectione ullius instrumenti debet per testes probati posse. Unde non valeret relatio ad schedam exhibitam, sed non factam. f. 12. n. 55.

Balbuties Testatoris non viciat, dummodo intelligatur. f. 13. n. 16.

Testamentorum Solemnitates non compensantur per aliquod æquivalens, vel etiam superans, vg.

testimonium unius masculi per 1000. feminarum testimonia, sicut nec præsentia Parochi in Matrimonio per 1000. alios testes. f. 12. n. 51.

Si testamento nihil desit ex Requisitis ad Nuncupativum, valet, etiam si Testator intenderit testari in scripto, nec clausulam adjecterit, ut valeat meliore modo, fol. 13. n. 59. & seqq. Ut tamen valeat in vim Codicilli, debet adjuncta esse clausula Codicillaris, quia potest interesse testatoris, quod heredi legitimo nullus sit subscriptus. fol. 15. n. 66. & seqq.

Non haberet vim testamenti responsio per part. affirmativa: *Hic*: ad interrogationem Notarii, si cetera non intervenient, vg. si testes non essent rogati. fol. 16. n. 70. quod quidem explesus causum Jure Bavario, quo tamen approbantur legatae sic reliqua. n. 71.

Pro Testamento Nuncupativi majore securitate consultum est, ut adhibeatur Notarius, qui voluntatem Testatoris, rogationem & præsentiam testium, totumque actum testandi in publicum Instrumentum referat, ut uno forte teste mortuo, fieret per talen scripturam. f. cod. n. 72.

Testamentum Scriptum non requirit certam materialm in qua scribitur. fol. 17. n. 73. Characteres tamen debent esse usitati ad communem intelligentiam, (unde cyphera non sufficiunt, ne quidem in testamento inter liberos) littera integra, sine abbreviaturis diversum sensum recipiuntibus. n. 74. Excipitur testamentum militis. n. 75. Idioma certum non requiritur. cod.

Omifilio alicuius particularis faciens periodum imperfectam, non viciat, si flatim apparet, esse subintelligendum. fol. 17. n. 76.

Inversio ordinis, vg. si prius scribantur Legata aut Substitutiones, quam Institutio Heredis, probabilis non viciat, attento jure Codicis. fol. 18. n. 78.

Absoluto testamento potest adiici aliiquid unicē tendens ad declarationem eorum, que iam solennizata sunt, vg. magis exprimendo nomina, qualitatem pecunie &c. alij adjectis, vel mutatis, omnia ex integrō repetenda. f. cod. n. 80.

Testamentariorum Testium Numerus.

In Testamento perfecto, & non privilegiato, Jure Civili Septem Testes requiruntur. fol. 19. n. 81. In Austria sufficiunt duo testes, teste Laym. fol. 23. n. 102. Jure Ecclesiastico sufficiunt duo cum Parochio, etiam ad causas profanas. fol. 19. n. 82.

Requiruntur Jure Canonico testes idonei, quae jure Civili. fol. cod. n. 84. Ad causas pias sufficiunt duo testes. fol. 20. n. 85. Quoad causas profanas Jure Canonico nihil innovavit in cap. *cimef*, circa septem testes Jure civili requisitos, nisi pro terris Ecclesiasticis. Unde sicut Ecclesiastici tenentur se conformare aliis Legibus Reipublicæ, in cuius territorio vivunt, quoad Contractus, & alia pertinentia ad politicum Statutum illius loci, ita in ordinandis testamentis n. 87.

Præsentia Parochi requisita Jure Canonico pro terris Ecclesiasticis, non sufficerunt sufficienter per duos alios testes, sed debebent esse septem Jure Civili requiriti. f. 21. n. 91.

In Testamento ad pias causas duo testes non requiruntur pro substantiali formâ in cap. *Relatum*. f. cod. n. 94. & seqq. Quando ergo, de ultima voluntate aliunde constaret, vg. per schedam, vel ex confessione illius, cui prajudicata ultima voluntas, valeret sine testibus. n. 97. Neque referret, si Testator dixisset, se schedam scriptam exhibitorum Notaris & testibus confirmandam, nec tamen exhibuisse: adhuc enim probabilitet valeret, sicut in simili dictum, valitum Testamentum in vim Nuncupativi imperfectum in ratione Scripti. f. 22. n. 98.

Ad Testamentum ruri factum, ubi hominum penuria est, sufficiunt quinque testes. fol. cod. n. 99.

Notarius potest numerum testium completere Jure Confiti. Maximiliani Imper. non item Jure Bavario. f. cod. n. 100.

Quod Testator Testamentum propriâ manu scriperit, non facit, ut sufficiant quinque testes, sed foliū, ut non teneatur subscriptere. cod.

Sufficiunt tamen quinque testes in Testamento revocatorio prioris, si in priore instituti sunt extranei, in posteriore vero vocati ad intestato. fol. 23. n. 101. Imò probabile est, quod isti quinque tantum ad probationem requirantur. cod.

Quando plura Testamenta in una charta Scripta sunt, vg. conjugum, & ab ambobus subscripta, pro ambobus sufficiunt septem testes. f. cod. num. 103.

Testium Rogatio & Præsentia.

Non est necesse, ut rogatio sit causa conveniendi, satis est, ex quaenam causa fortè præsentes moneti, & peti, ut velint testes esse. f. 13. n. 104.

Est, etiam de Jure Canonico, hic Rogatus necessarius in Testamento ad causas profanas. f. cod. n. 105. Non item ad causas pias. n. 106. Sufficit autem rogari ab alio nomine Testatoris, imò absque mandato, etiam conscientie. f. 24. n. 108.

Præsentia testium major requiritur ad Testamentum, quam ad alios contractus: nam non solum audire, sed etiam videre debent Testatorem, faciem & lineamenta discernere. f. cod. n. 109. & seq.

Tempore pestis *levissima* non plus requiruntur, quād ut audiunt testes loquentem, & vocem agnoscent: nec est necesse, ut eodem tempore præsentatione. f. cod. n. 111.

Negotium, cui debent esse præsentes testes, incipit à Scriptura exhibitione, vel Heredis Nuncupatione. f. cod. n. 112.

Illi omnibus & foliis actibus intervenientibus & interrumptibus viciatur Testamentum, qui

penitus extranei sunt, vg. si quis inter testandum digressus ad negotium inter vivos, zedes suas alteri venderet, aut locaret. f. 26. n. 115. Illi tamen actus, qui vel ex necessitate nature, vel ex voluntate testandi procederent, non vitarent, v.g. donatio causâ mortis, aditio hereditatis fibi relicta, & mox alteri ut heredi relinquenda, obligatio heredis ad fideicommissum restituendum &c. qui non sunt actus penitus extranei aut disparati. n. 116.

Testium Testamentariorum Habilitas.

Mulier in Testamento ad causas pias potest esse testis: item in testamento militis, & inter liberos. fol. 27. n. 124. item in Codicillis & donatione causâ mortis. 28. n. 125. vide etiam *Codicillus*.

Potest mulier universum adhiberi ut testis ad probandam veritatem testamenti ac sollemnitatem adhibitarum, vg. quod videtur testes rogari, quod nullus alius actus intervenient, quod hoc testamentum ultimo loco factum sit: imò si ambigua esset ultima voluntas testatoris, potest mulier testata de certo eius sensu. fol. cod. n. 127.

Impubes non est testis idoneus, adeo ut nec post acquisitam pubertatem possit confirmare suum Testimonium prius adhibitum. f. 28. n. 128. Idem de Servo dicendum, cum Jure annuli careat. De utroque tamen constitutum est, ut valeat Testimonium, si probabilitet judicatur sicut pubes aut liber tempore confectionis Testamenti. n. 129.

Furiosus tempore lucidi intervali testis esse potest. f. 29. n. 130.

Prodigi Testimonium tunc subsilit, si adhibetur est, antequam illi bonis interdictum est, aut postquam notoriè ad frugem rediit. f. cod. n. 131.

Cur Mutus, Surdus, Cucus, arceanter à Testimonio, deducitur ex alijs requisitis ad hoc Testimonium, nempe quia non vident, non audiunt Testatorem, aut non posunt Juramentum præstare, vel rationem reddere auditorum. n. 132.

Instabiles, hoc est, qui nec condere Testamentum, nec ex eo capere possunt, item Improbi, hoc est infames infamia Juris, non possunt in Testamento esse testes. f. 29. n. 133.

Heres, upote in negotio proprio, testis esse non potest. n. 134.

Domefici quinam excludantur à Testimonio, & quo sensu accepiantur, dictum est supra. n. 21. & hic n. 134. nempe nec is qui in potestate heredis est, neque pater heredis fibi potestate constituti, neque fratres, quin ei ejusdem patris potestate sunt, testes adhiberi possunt. Econtra Maritus in Testamento uxoris, frater emancipatus in Testamento fratris, libertus in Testamento patroni, focus in Testamento loci, famulus conductus in Testamento heri, filius emancipatus in Testamento patris (si non sit heres) num. 135. An pater in Testamento filij, Tertians de bonis castrenibus, Jura variat. Sed negativa vera est. f. 30. n. 136.

Tutor Testamentarius pupillo herede instituto testis esse potest. f. 30. n. 138.

Possunt ex eadem domo in eodem Testamento plures testes adhiberi, si nihil ex dictis nu. 134. & 135. obstat. Unde pater & filius in eisdem potestate confitentur, item duo fratres sub eadem potestate confitentur, testes esse possunt in Testamento extranei. eod.

Legatarij & Fideicommissarij singulares admittuntur saltem in Testamento Scriptio una cum suis domestici. f. 30. n. 139. idem rectius in Nuncupativo dicitur. n. 142. Ad probacionem tamen Legati reliqui in Nuncupativo Testamento, Legatarius, utpote in causa propria & principali, testis esse non potest. f. 31. n. 143. In Scriptio item aliud dicendum est, quia eadem est probatio valoris Testamenti (ad quod utique admittendus est, utpote testis subscriptus) & Legati. p. cod. In Testamento Nuncupativo habente clausulam Codicillarem, sufficienter probatur Legatum duobus testibus reliqui per exteros quinque testes. n. 144.

Testamentorum Infirmatio per Irritationem.

Antiquitus lapsi decennij infirmabantur Testamentum, nunc vero ne quidem longissimi temporis lapsi. f. 33. n. 146.

Irritari dicitur Testamentum, quando vitium infirmans non incurrit directe in ipsum Testamentum, sed accedit vel Haredi, vel Testatori. f. cod. n. 147.

Ex Haredi accidenti irritatur, si hares institutus non aedat hareditatem, vel quia moritur ante Testatorem, vel quia superventus hareditatem repudiat, diciturque Testamentum defuncti. f. cod. n. 148, sed tunc Legata debentur.

Si intra annum deliberationis etiam ignarus obierit, transmitit Jus liberandi ad haredes. f. cod. n. 185. vide etiam *Transmissio*. Ceterum, nemine volente adire hareditatem, probable est, Legatarios posse consequi sua Legata per Novell. 1. c. 1. s. 1. f. 33. n. 151.

Ex Testatori accidenti irritum sit Testamentum per Statutum mutationem non solam maximam, hoc est servitutem, sed etiam medium, Civitatis amissionem, & minimam, hoc est Arrogationem superventem f. 33. n. 152. Excipitur vel speciale privilegium illius Testamentum, qui ab hostibus captus est, perinde acsi in libertate mortuus esset, aut nunquam captus fuisset, nempe iure postlimij. n. 153. Testamentum de bonis Castrenibus factum jure militari, non irritatur per Arrogationem, nec per emanicipationem etiam a pagano factum. n. 154.

Irritum sit Testamentum coram, qui ultimo supplex damnavi sunt, eo quod amittant hodieque Jus civitatis, etiam si non efficiant penam Servi, qua sublata. eft. f. 34. n. 155. Idem dicendum de Deportato. f. 48. n. 219.

Irritum sit etiam Testamentum illius, qui sibi mortem concivit, ut effugeret penam criminis publici, de quo accusatus est. f. 50. n. 227.

Utrum Testamentum semel irritum factum per Statutum mutationem, restituto Statu reconvalescat

absque nova confirmatione, saltem per codicillos, dubius Jurius est. Ad minimum potest bonorum Possessio peti secundum tabulas Jure praeiorio. fol. 34. n. 56.

Testamentum Ruptum.

Alter modus infirmandi Testamentum ritè factum, est, cum rumpitur: nempe cum, Testatore in codem statu permanente, vitium incurrit in ipsum Testamentum, quod fit: Primo, agnitione posthumae legitimae naturalis in Testamento praeteriti, qualis etiam est, qui nascitur vivo patre, sed post conditum Testamentum: rumpitur enim adeo, ut ne quidem legitima debeantur. f. 35. n. 58. Saltem si pater ignoravit uxorem prægnantem: si vero fecit, probabiliter legitima subtiliteruntur. n. 160. vide, *Legata*.

Per Clauſulam Codicillarem adiectam non impeditur, quominus rumpetur Testamentum, ita, ut nec per modum fideicommissi efficit hares restituenda haredi scriptio a filio preterito. fol. cod. n. 161.

Secundò, rumpitur Testamentum arrogantis per Arrogationem: item per adoptionem aliius descendens. f. 36. n. 162. Adeo ut etiam adoptetur nepos ex filio emancipato, & haredi scriptio, adhuc rumpetur, quia nepos per Arrogationem ingreditur in gradum proximum *Suorum*. n. 163. Unde etiam nepos non adoptatus rumpetur Testamentum præteritus si pater moreretur ante Avum: quia subinratio est civilis agnatio. cod.

Tertiò, rumpitur mutatione voluntatis legibus approbatā, vel facto, vel verbis. Facto, ut per incisionem deliberatam, & animo revocandi factam, cancellationē, signaculorum avulsum. f. 36. n. 164. Unius haredis cancellatio non rumpit, sed ejus pars accrescit ceteris. n. 165. Omnibus haredibus cancellatio sustinetur Legata ab Intestate, codem.

Testamentum Nuncupativum publico Instrumento comprehensum, conferetur ruptum seu revocatum cancellationē vel incisione talis Instrumenti, etiam si nulla protestatio accesserit, si quidem non nisi unicuius hujusmodi Instrumentum erexitur: quod si duo, unius cancellatio non sufficeret, sed accedit debet protetario, quod velit intestatus procedere. Idem est, si plura exemplaria Testamenti scripti confecta essent, nam uno cancellare sine protestatione, incurreret haredibus legitimis onus probandi: quod voluerit intestatus decidere. f. 37. n. 167. & seqq.

Verbis rumpitur Testamentum, facta coram tribus testibus, vel inter Acta, revocatione, quod non legit Testamentum valere: si decennium effluxerit a tempore conditi Testamenti, (sed Jure Bavario, à die revocationis) ante quod non esset ruptum, etiam si coram septem testibus fieret revocatio. f. 37. n. 169. Si verò accederet protestatio, quod velit intestatus decidere, tunc quidem Jure Bavario non requireretur fluxus decennij, bene tamen adhuc de Jure communī. Legata tamen efficit sufficienter

ficienter revocata coram quinque testibus, immo Jure Bavar. coram tribus. n. 170. Probabile videtur, per Instrumentum publicum revocatorium, posse suppleri lapsus decennij. 171.

Rumpitur denique Testamentum confectione novi Testamenti posterioris: neque per hujus intentum, vel defunctionem, vel cancellationē aut incisionem reviveretur Testamentum prius, nisi constaret, quod Cancellatio aut inciso facta efficit in eum finem iur primum vites recipere. f. 38. n. 172.

Si in priore Testamento scriptus est hares extinximus, sufficiunt ad posterius Testamentum quinque testes, si hares scribantur, qui ab Intestate succederent. f. cod. n. 173. Sufficit etiam si posterius Testamentum sit conditionatum, sub conditione contingente futura, etiam si postea conditione deficeret: non item si sub conditione praeterita, nam haec conditione deficiente Testamentum est nullum, nisi conditione adiecta est impossibilis, vel turpis, quæ habentur pro non adiectis. 174.

Quando priori Testamento inserta est clausula derogatoria posterioris Testamenti, tunc in posteriori necesse est fieri mentionem aliquam illius clausulae derogatoria. f. 38. n. 176. & seqq.

Partim mentio facienda est Juramento priori Testamento adiecti. 178. Ceterum, revocatio contra Juramentum facta valeret, teneretur tamen hares satisfacere promissio, cui juratum esset, Testamentum non esse revocandum. f. 42. n. 194.

Promissio non revocando Testamento est iure prohibita, & ideo non obligat, nisi juramento finetur. f. 43. n. 196. Posset à Principe irrita reddi revocatio Testamenti. 197.

Rumperetur etiam prius Testamentum posteriori, in quo quis hares scriberetur in re singulari & determinata. utpote, qui detraetū rei singularis mentione, perinde hares esset, ac si simpliciter hares scriptus esset. f. 39. n. 179.

Si in posteriori Testamento dicatur, quod velit etiam prius Testamentum valere, rumpetur prius, ita tamen, ut hares in eo scriptus si pro Fideicommissario habendus. f. cod. n. 180.

Testamentum inter liberos, ut revocetur per posterius, debet hoc coram septem testibus factum esse. f. cod. n. 181.

Quando existentibus duobus Testamentis non posset constare, quodnam eorum esset posterius, utrumque suscepitum esset, & neutrū pro valido habetur, sed hares ab Intestate succederet. Si tamen constaret, utrumque factum esse à Testatore sane mentis, esset hareditas boni viri arbitrio dividenda. f. 43. n. 198. Si eadem in utroque Legata essent relicta, essent solvenda: item, si unum esset factum ad causam pliam, illud preferetur.

Nisi defunctus à mortuis resuscitaretur, probabile est, haredes non teneri ad bona ei restituenda, quia intentio illius Defuncti non potest fuisse con-

dicionata pro casu resuscitationis: unde talis nec thesauri absconditi, & interim reperti ab alijs, Dominum recuperaret. Quia tamen casus non est à Jure provisus, si contingenter, ad supremam potestatem spectaret, nova provisio statuere, quid ille effet restituendum. f. 44. n. 203.

Testamentum sub hac conditione factum, ut non valeat, si Testator convalescat, Testatore convalescente non valeret; nisi longo tempore illud conservaret, & monitus de faciendo Testamento dicere, si jam fecisse: adeoque declararet, se adiectam conditionem pro non adiecta habere. Reclamare faceret, illam conditionem cancellando. fol. cod. n. 204.

Testamentum Meru aut Dolo contractum.

Testamentum meru quantumvis injusto & gravem extortum, iure natura, & seclusus legibus positivo, valeret, si serua fuerit voluntas Testatoris. f. 40. n. 212. Artento iure positivo probabilitas tales Testamentum est nullum. 183.

Idem à fortiori dicendum de Testamento, ad quod injusto dolo quis induxit est, ita ut ignorantia antecedens causaverit simpliciter involuntarium. f. 42. n. 192.

Testamenti factio quibus non competit.

Prohibiti Testari reducuntur ad tres classes. Prima est eorum, qui ob defectum integrī status inhabiles sunt. Secunda eorum, qui propter animi defectum. Tertia eorum, qui ob corporis vitium.

Addi posset quarta classis eorum, qui in certa materia prohibentur, ut Clerici in redibus superfluis. f. 45. n. 206.

Quinam autem in specie ad has classes pertineant, videri potest sub propriis vocabulis sequentibus. *Servus. Religiosus. Captivus. Deportatus. Damnatus. Filius. Excommunicatus. Hetereticus. Impubes. Furiosus. Surdas. Mutus. Cacus. Clericus.*

Si in posteriori Testamento dicatur, quod velit etiam prius Testamentum valere, rumpetur prius, ita tamen, ut hares in eo scriptus si pro Fideicommissario habendus. f. cod. n. 180.

Testamentum inter liberos, ut revocetur per posterius, debet hoc coram septem testibus factum esse. f. cod. n. 181.

Quando existentibus duobus Testamentis non posset constare, quodnam eorum esset posterius, utrumque suscepitum esset, & neutrū pro valido habetur, sed hares ab Intestate succederet. Si tamen constaret, utrumque factum esse à Testatore sane mentis, esset hareditas boni viri arbitrio dividenda. f. 43. n. 198. Si eadem in utroque Legata essent relicta, essent solvenda: item, si unum esset factum ad causam pliam, illud preferetur.

Nisi defunctus à mortuis resuscitaretur, probabile est, haredes non teneri ad bona ei restituenda, quia intentio illius Defuncti non potest fuisse con-

Christ. Haun. Report.

F. f. substitutus

substituti nec indirecte, nec vulgariter. eod. Vide, *Sprius. Incessus. Naturalis.*

Mulier fufpecha heres institui non potest. f. 63. n. 288. Religiosi quinam possint Hæredes institui, aut ex Testamento accipere, vide, *Religiosus. & Societas JESV.* Quibus modis possint plures Hæredes & qualiter vel in aequaliter institui, vide, *Hæreditas.*

Testamentum Parentum.

In Testamento alicujus habentis liberos, proximigradu in potestate constituti utriusque sexus vel instituendi, vel exheredandi sunt. f. 86. n. 383. Et hoc etiam probabilitus in Testamento matris requiritur, ut querela inofficio non sit opus. 384. & seqq.

Quomodo filii illegitimi Naturales institui possint, vide, *Illegitimi.*

Probabile etiam est, non sufficere ad valorem exhereditationis, causam esse Testamento insertam, sed insuper debere esse probatum, adeoque in Testamento Parentum *Querela Inofficio* hodie esse sublatam. f. 87. n. 385. de quo plura in v. *Querela Inofficio.*

Valet tamen Testamentum, in quo filius præteritus est, quoad legata, fideicomissa particula-tia, & donationes mortis causâ. f. cod. num. 387. Si quidem pater scivit se habere liberos, fecit, si ignorâset, & legata essent profana, tunc enim ex præsumpta voluntate conditionata nō deberentur, ne quidem si clausula Codicillaris adjecta esset. ol. 38. n. 391. & seqq.

Testamentum paternum, quo emancipatus est præteritus, seu non legitimè exhereditatus, est ipso iure nullum, adeoque tali competit Jus dicendi Testamentum nullum, daturus 30. annis, nec habet opus remedio priorio possessionis bonorum contra tabulas, quod solum uno anno durat. f. 89. n. 393. & seqq. ubi casus.

Idem Jus dicendi Testamentum nullum, competit adoptato ab ascendenre præterito. f. 90. n. 398.

Ut Testamentum Parentum subsistat, tenentur liberos suos tam masculos quam feminas, tam filios quam nepotes, (mortuis eorum Parentibus) tam suos, quam emancipatos, legitimè natos, & legitimatos, adoptatos ab ascendenre, mater etiam illegitimos instituire, vel nominari exheredare, causisque probare. Legitimati post factum Testamentum, ad minimum rumpunt Testamentum sicut posthumi præteriti: ino probabiliter est ab initio nullum. Arrogati præteriti quararam cosequentur. f. 90. n. 398.

Tnent præter naturalis etiam hæredem instituire, vel exheredare filium ab alio adoptatum, qui proinde potest utriusque hæreditatem adipisci. fol. cod. n. 401.

Quantumcurque Legatum filio relinquetur, si non institueretur heres, posset Testamentum dicere nullum. f. 91. n. 402. Neque sufficeret, siisse Hæredi substitutum, adhuc enim, salvis legatis,

Testamentum esset nullum, & filius succederet ab Intestato. n. 403. Item non sufficeret, siisse alios liberos, & nullum extranum Institutum: nam in nullus præteratur, est de substantia Testamenti inter liberos. n. 404.

Etiamsi in tali Testamento apposita esset clausula Codicillaris ex Voluntate Testatoris, filius non gravaretur fideicomissu, ob improbum patris effectum, quo operatus esse convincetur, siue scivissem, sive necquivis, Testamentum esse nullum. f. 92. n. 406. Aliud tamen probabiliter dicendum, si causa pia estet instituta. fol. 94. n. 411.

Si filius præteritus abstinet ab hæreditate, sustinetur Testamentum, & heres scriptus succedit, adeoque filio præterito fuit acquista hæreditas sub conditione resolutiva, quatenus posse fingeatur ab initio statim valuisse, & ideo fructus omnes, ad interim hæreditati acserentur, ad Hæredem scriptum pertinebant. f. 93. n. 413.

Non posset ramen filius hujusmodi Testamentum firmare antecedenter renuntiando hæreditati. f. cod. n. 414.

Jure Bavaro sunt liberi instituendi in eo, quod jam accepterunt, non obstante renuntiacione, aliqui in Testamentum non valet. fol. 94. num. 415. in fine.

Filio legitimè exheredato, Nepos non potest impugnare Testamentum: cum vivo patre nihil illi debeat, nec in locum patris intret. fol. cod. num. 416.

Testamentum militis non gaudet privilegio præterundi filium in Testamento. f. cod. n. 419.

Si filio minus legitimè reliquum est titulo institutionis, Testamentum quidem sustinetur, sed competit filio actio ad supplementum legitimæ. f. cod. n. 420.

De Polthumo instituendo, vide, *Institutio Posthumus.*

Testamentum Filiorum.

Vide, *Institutio Parentum.*

De Filiorum exheredatione, vide, *Exheredatio.*

Testamentum Inofficium.

Quomodo definitur in ordine ad Juris Remedium quod dicitur: *Querela Inofficio:* vide, *Querela Inofficio.*

Testamenti Executio.

Testamentorum Executores alij sunt Testatorij, alij Legitimi, alij Dativi. Alij Universales, alij Particulares. Universales sunt, quando nullus Hæres in particulari persona institutus est, sed anima defuncti, ad quam voluntatem exequendam aliquis nominatur nullo nominato, tradundat bona distribuenda Episcopo. f. 156. n. 674.

Executores esse possunt Clerici: item Religiosi cum consensu Superioris. & tenent rationem reddere Episcopo, quantumvis generaliter exempli, non item specialiter exempli. Religiosi Societas JESU jubentur in suis Constitutionibus abstinere

abstinere, nisi à Generali dispensetur in casu majoris momenti. f. cod. n. 675. Minoris S. Francisci totum possunt præbere consilium, eod.

Femina potest esse Executrix Testamenti. f. 157. num. 676.

Executor debet decimumseptimum annum excellebit. eod.

Ad Executionem nemo cogi potest, acceptata tamen amplius repudiari non potest. fol. eodem. num. 678.

Recusans Executionem amittit, quod illi in premium relictum est, & illud alijs Executoribus accrescit. f. cod. n. 679. Uno vel pluribus recusantibus, possunt ceteri exequi, nisi Testator contradixerit. eod.

Executor Universalis, alio hæredi scripto, potest distraher bona ad implendam Defuncti voluntatem. f. cod. num. 680.

Minus Executionis non transmittitur, quando est electa industria persona. f. cod. n. 681.

Nec Episcopus cum consensu Executorum, nec contra, possumt matare dispositionem Defuncti, quando ex potest impleti. A Scde Apostolica hoc fit ex justa & necessaria causa, quod etiam Supremis Principibus secularibus concessum. fol. cod. num. 681.

Quando dispositio commode impleti non potest, communari potest ad sustinendum legatum. fol. 158. n. 682.

Ad Episcopos domiciliij Defuncti spectat urgere Executionem Testamentorum quodcausas pias. f. cod. n. 683. Quod etiam ad causas profanas probabiliter extenditur. eod.

Executive facienda est quodcausam piam intra 6. mensis ab infinitatione Testamenti numerandos, aliqui fructus & usuras solvere debent. Quod profana conceditur annus, si Testator nullum tempus designavit. f. cod. n. 684.

Rationes exigendæ sunt, etiam si Testator producitur. f. cod. n. 685.

Exhibito Testamenti obtineatur Interdictio Praetoris de Tabulis exhibendis. f. cod. n. 686.

Testator. Testatus.

Quomodo Testator possit diversis modis instituere hæredes, vide, *Hæres. Hæreditas.*

Tomo 2.

Regula Jutis 7. dum ait: naturaliter inter se pugnare: *Tellus. & Intellexus.* non habet hunc sensum, quasi natura repugnet, aliquem partim testatum, parvum in testatum decedere, multo minus quod hoc sit impossibile ex natura rei, (cum permittat militibus, in modo in Belgio Pagani) sed recipit hunc sensum: Ex eo quod naturaliter repugnet, esse respectu eorum bonorum testatum & intellexatum, Jus ansam accepit prohibendi, ne quis paganus etiam pro diversitate bonorum testatum & intellexatum, decedat; nam Juris fictione hæreditas tota est una indivisibilis, sicut Testator est unus indivisibilis, quæ ab hæreditate representata-

tur, & per consequens Hæres quoque debet ex uno indivisibili titulo eum representare. f. 68. n. 312. & seqq.

Præterea Regula, quod nemo possit partim testatus, partim intellexus decedere, est intelligenda, si est in potestate Testatoris, testari de omnibus suis bonis, & in hærede est potest consequendi omnia. Alioquin Regula habet exceptions. fol. 69. n. 315.

An Testator possit hæredis institutionem alieno arbitrio committere, vide, *Institutione in arbitrium alterius congeta.*

Testis.

Et modus probandi per Testes.

Tomo 5.

Praxis habet, ut probatuvis per testes, offerat Scripturam completem capita sua intentionis, super quibus petit testes examinari. f. 295. nu. 80.

Actor debet Testes producere super Jutu suo, & non præcisè ad probandum, quod teus nullum Jus in tali re habeas, nisi hoc pertineat ad suum Jus illasum servandum. f. 296. nu. 81. Reo vero sufficit ostendere, actori non competere Jus probatum. eod.

Usus habet, ut testes, priusquam producantur, prius Judici nominentur. n. 82.

Requiritur testium nominatorum citatio, (alioquin sponte comparentes fierent suscipi) & comparantes sunt producendi intra terminum à Jutice designatum. eod.

Non facile plures testes admittendi sunt, quād qui videbuntur necessarii ad plenè & indubitate probandum. f. 296. n. 83.

Si quis quartam testium productionem post priores jam examinatas petet, non est concedenda, nisi iurit, quod non subtraxerit nec percontatus sit testificationes, vel alius pro eogen, neque per dolum quartam petat fieri. n. 85.

Si quis ulteriori testium productioni renuntiat, non extenderetur ad testes ignorantes, si proberet se ignorasse. n. 86.

Non obstante renuntiatione facta in prima instantia, integrum est producere testes in secunda instantia, dummodo producenti non innotescant testificationes in priori instantia. f. 297. n. 87.

Si producent plures exhibuit articulos, de quibus tamen omnibus non habent singuli testes notitiam, sed aliqui de hoc, aliqui de illo, confunduntur receptum est, ut hoc ipsum à producente specificetur. n. 88.

Si testes sunt aliquo vinculo jurisandandi obligati producenti, est prius relaxandum vinculum. n. 89.

Solus producent debet testibus subministrare expensas starni illorum competentes. n. 90.

Advertisarius Jure petit sibi notificari nomina & numerum testium recipiendorum, & articulos super quibus examinandi. f. 298. n. 93. & seqq.

Si non statim possint testes reprobari, & contra